

1639. in Augusto. et. Iulii.

413


Excerpta ex Diario Alberti
principis Radzivilij supremi
Cancellari Magni D. S. S.

Augustus.

122

Rea qui custodia corporis pre-
egestate thesauri alere non pote-
rat, Vilnae dum esset, donativum
Civitatum contra leges Universa-
libus particulari sigillo extraditis
colligere mandaverat, ipsi etiam sub-
urbani Vilnenses sex millia flore-
norum coacti regia prece solverant.
Placuit hoc regi potius adulatori-
bus ejus, a quibus bonus princeps
persuasus, etiam in Prussiam mit-
tere stipatores corporis sui decre-
vit; dantur patentes ad tres capi-
taneatus, Graudentum novam et me-
am mevam, et quartale unum
solvatur. Ossinius major, ut vocant,
cohortis universale proprium mit-
tit, ac imperio, ut contribuunt,
jubent, et ni obediunt, fixam se-
dem minatur. Offendit ea res et
alios, et me, libuit in Comitibus pre-
cedentibus Comitibus proponere, ne

majori



majori ausu principis ulterius via:
latio libertatis sequeretur.

September.

Universalia Comiticia terrarum
Prusiae Graudenti absoluebantur. Ci-
uitates, quae et locum, et vocem, et
Cancellarium in maribus tenent,
quando ventum ad vectigal Marimum,
impetuosè inuecti, punctum hoc in-
scribi in articulos comitiales vetu-
erant, et factiosè discesserant, pra-
eunte Limermanno Proconsule Tho-
runensi, qui arrogantia rustica, ac
si in Hollandia gremio sederet,
multa ineptè elocutus exiit, et
reliquos sui exemplo eduxit. No-
tatum civitates alias et minores
etiam in aliquam confederationem
subscripsisse.